

προβάσεις et πρόσβασιν emendari debeat, quamvis abdicentibus Codicibus scriptis omnibus; in his enim legitur προβάσεις et πρόσβασιν. quum *aditus*, et *viae*, quibus *aditus ad locum aliquem patet*, προβάσεις dicantur ab omnibus, a nemine προβάσεις, neque dici adeo, per naturam vocabuli, possint: ita eo Capite*), quo casus Alcestes explicatur a Mythico, perperam scriptum exhibent libri veteres omnes ἀνακτησάμενος Ἡρακλῆς. sed verbum ἀνακτησάμενος loco movendum esse, aliudque reponendum, res ipsa et tota vicinia clamat. Virorum igitur doctorum ingenia ita succurrerunt verbis laborantibus, ut ἀνακτησάμενος mutandum esse docerent in ἀγανακτησάμενος. Quod quidem ingenii et doctrinae auxilium quam praesens sit et salutare, quam non longe arcessitum, quis non videt? Nam primo sic aptissime cohaerent inter se omnia, et naturae rei, qua de exponitur, satisfactum apparet: deinde ab librariis omnes norunt, innumeris aliis locis, medias verborum syllabas, praesertim quae similes essent proxime sequentibus syllabis, qua sonum, qua litteras, praetermissas esse: denique non insolens debet et nova videri forma illa Aoristi Medii, quum ea Lucianus quoque usus alicubi reperiatur, Thoma Magistro auctore**), ab quo alia etiam huius generis exempla notata laudantur. Sed manus librariorum reperiuntur conspiciasse in scripturam mendosam maxime iis locis, quibus nomina, vel personarum, vel locorum, propria leguntur. Cuius quidem consensionis duo egregia exempla habentur in Fabula Phorcynidum***). Ibi

E 2

enim

*) C. 41, 7

**) p. 416 Bern.

***) C. 32, 5. 10